Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35260
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



4

peccatum nisi illud gravissimum quod xpm eis in lege et prophetis promisit negaverunt et crudeliter crucifixerunt. Non enim legitur quod post captivitatem Babilonicam idolatra fuerint ut prophetae vaticinati sunt sicut antea fecerunt. Item sacra scriptura determinat tempus nativitatis eius et modum vivendi et morendi et haec omnia sicut a scriptura sunt determinata ista in Jesu nazareno impleta igitur constat xpm esse messiam. Assumpsi vide deducere rationes et haec et multa alia invenies particulariter et articulariter posita et probata per magistrum N. de Lira in quadam questione et in pusillis suis super prophetas cum obiectionibus aliarum et earum solutionibus contra obiectiones.

Questio secunda

Secunda questio est. Quis sit ille benedictus qui sic venit in nomine domini. Respondetur quod ipse est dei filius deus verus de deo vero simultaque coeternus patri coaequalis et consubstantialis creatore coeli et terre. Ille inquit est qui venit in nomine domini, id est in nomine patris a quo missus est. Patet enim videlicet divine bonitati adoptionem hominum redemptorem mittere cherubim aut seraphim aut virtutem ex angelis sed ipsemet dei filius venire dignatus est ut idem esset creator nostri qui et redemptor et ut idem esset frater noster similis nobis in natura qui et dominus noster est et pater. Quod autem ille benedictus qui venit in nomine domini sit deus verus et dei naturalis filius claret ex multis veteris et testamenti scripturis quarum paucas adducam et admittus intelligendum ea quae de persona media verbi dei et hominis propter quod Jesu vere messie dicenda sunt et exponenda. Est nondum quod in xpo duo sunt due naturae una divina quae ipse est et ab eterno fuit et mutatum manebit immutabile et ideo. Alia est humana quae in xpo assumpsit et sibi quodam special modo univit non sic quod divinitas sit facta humanitas sed quod divina persona filii dei sic assumpsit et sic sibi univit humanitatem quod ipsa persona divina verbum istum omnimodo concretive dicat. Homo aliquomodo similis sicut res hanc albedinem sibi unitam dicit albam concretive alba et hanc caliditatem dicitur albam calida. Et. Nam res talis informata albedine aut caliditate non dicitur nec est albedo aut calor abstractive sed concretive dicit alba aut calida et induitur vestem non dicit nec est illa vestis ut videlicet tunica aut pallium sed datali veste induta dicitur vestitus aut palliatus tunicatus. Et. Quibus sic propositis est per similia ostendendum ad intentum propositum primo quia possibile fuit deum predicto modo sibi unire humanam naturam. Nam testis scriptura. Serpens pertraxit sicut primus homines quod quia intelligi non potest de serpente qui est animalis irrationalis et ideo intelligi quod diabolus in assumpta quadam natura